

# CURIA GENERAL

# CONGREGAZIONE DELLA MISSIONE

CURIA GENERALIZIA

Via dei Capasso, 30  
00164 Roma - Italia

Tel. (39) 06 661 30 61  
Fax (39) 06 666 38 31  
e-mail: cmcuria@cmglobal.org

Dilecto Nobis in Christo  
Reverendo Domino  
Aloysio MEZZADRI

Causa Beatificationis et Canonizationis perinsignium sodalium duplicis Vincentianae Familiae Nostrae, qui sanctitatis fama conspicui christifidelibus in exemplum proponi possint, pro viribus promovere capiente, idonei Viri operam, qui eiusdem duplicis Vincentianae Familiae vices hac in re gerat, libenter adhibemus.

Et cum Te vitae probitate, doctrina necnon in rebus gerendis sollertia ornatum, ad huius officii munus idoneum iudicemus, praehabito consensu nostri Consilii Generalis die 30.IX.2010, **POSTULATOREM GENERALEM** pro omnibus praedictis Causis nominamus ac constituimus, ita aut eiusdem duplicis Vincentianae Familiae nomine, apud Congregationem de Causis Sanctorum et alias competentes Auctoritates ecclesiasticas instructionem canonicorum processuum sollicitare et Causas pro viribus agere valeas.

Ad hoc exercendum munus, praeter facultates iuri communi tributas — praesertim unum vel plures Vicepostulatores extra Urbem nominandi, necnon bona ad Causas pertinentia, iuxta Sanctae Sedis normas, administrandi sumptusque necessarios vel convenientes faciendi — omnes alias opportunas et necessaria in hunc finem Tibi concedimus.

Ne omittas autem de Causarum cursu deque rebus maioris momenti, singulis saltem annis, Nos certiores facere.

Omnes nostrae duplicis Vincentianae Familiae sodales hortamur ut Te, in eiusdem muneris exercitio, adiuvent Tibique opera libenter praestent.

Datum Romae, 2.XI.2010.



*G. Gregorius Gay, C.M.*

G. Gregorius Gay, C.M.  
Superior Generalis

*Claudius Santangelo, C.M.*

Claudius Santangelo, C.M.  
Secretarius Generalis